



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XVI. De vxoribus clericorum, ne post eorum mortem ineant secunda
matrimonia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

ANNO
CHRISTI
585.

ficia & obsequia fidelissima Christianitatis iura promeruit. Et si quidem ille sacerdotalis equo vehitur, clericusque similiter, sacerdotalis galero de capite afferat, & clero sinceræ salutationis munus adhibeat. Si vero clericus pedes graditur, & sacerdotalis vehitur equo sublimis, illico ad terram defluat, & debitum honorem praedicto clero sinceræ caritatis exhibeat: ut Deus, qui vera caritas est, in vtrisque latetur, & dilectioni suæ vtrumque adsciscat. Qui vero hæc, quæ Spiritu sancto dictante sancita sunt, transgredi voluerit, ab ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quamdiu episcopus illius ecclesiæ voluerit, suspendatur.

XV I.

Illud quoque rectum nobis visum est disponere, ut quæ vxor subdiaconi, vel exorcistæ, vel acolythi fuerat, mortuo illo, secundo se non audeat sociare matrimonio. Quod si fecerit, separetur, & in cœnobiiis puellarum Dei tradatur, & ibidem usque ad exitum vitæ suæ permaneat.

XVII.

Comperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris sepulcra referare, & mortuos suos superimponere, vel aliorum, quod nefas est, mortuis suis religiosa loca usurpare, sine voluntate scilicet domini sepulcrorum. Ideoque statuimus, ut nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secundum legum decreta superimposita corpora de eisdem tumulis reiactentur.

XVIII.

Incestam copulationem, in qua nec coniunx,

L iiij